



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrum offerre sacrificium Deo sit de lege naturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



Videtur. hoc esse salum: quoniam aut est sermo de defectibus corporis, aut de defectibus anime, aut virtutibus. Sed propter defectus corporis non dicitur naturalis ratio. hominem superiori adit...

Deo a fidelibus dantur. Secundo, de votis, quibus ei aliqua promittuntur. Circa primum considerandum est de sacrificiis, oblationibus, primitiis, & decimis.

Circa sacrificia quaruntur quatuor.

- ¶ Primò, Vtrum offerre Deo sacrificium sit de lege natura.
¶ Secundo, Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum.
¶ Tertio, Vtrum offerre sacrificiū sit specialis adus virtutis.
¶ Quarto, Vtrum omnes teneantur ad sacrificium offerendum.

ARTICVLVS I.

Vtrum offerre sacrificium Deo sit de lege natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd offerre sacrificiū Deo non sit de lege natura. Ea enim quæ sunt iuris naturalis, communia sunt apud omnes homines: non autem hoc contingit circa sacrificia. Nam quidam leguntur obtulisse in sacrificium panem, & vinum, sicut de Melchisedech dicitur Gen. 14. & quidam hæc, quidam vero alia, vt animalia: ergo oblatio sacrificiorum non est de iure naturali.

¶ 2 Præ. Ea quæ sunt iuris naturalis oēs iusti seruauerunt: sed non legitur de Isaac, qd sacrificiū obtulerit, neque etiam de Adam, de quo tamen dicitur Sap. 10. quod sapientia eduxit eum a delicto suo. ergo oblatio sacrificij non est de iure naturali.

¶ 3 Præ. Aug. dicit 10. de ciuit. Dei, qd sacrificia in quadā significantia offeruntur: uoces autē quæ sunt præcipua iter signa, sicut idē dicit in libro de doct. christ. non significant naturaliter, sed ad placitum, secundum Philo. ergo sacrificia non sunt de lege naturali.

SED CONTRA est, qd in quolibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes semper fuit aliqua sacrificiorum oblatio: quod autem est apud omnes, videtur naturale esse. ergo & oblatio sacrificiorum est de iure naturali.

RESPON. Dicendum, qd naturalis rō dicitur homini, qd alicui superiori subdatur propter defectus, quos in seipso sentit, in quibus ab

aliquo superiori eget adiuuari, & dirigi. Et quicquid illud sit, hoc est quod apud omnes dicitur Deus. Sicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiores superioribus subduntur: ita et naturalis rō dicitur homini secundum naturalem inclinationem, ut ei quod est supra hominem, subiectionem, & honorem exhibeat secundum suum modum. Est autem modus conueniens homini, ut sensibilibus signis utatur ad aliqua exprimenda, quia ex sensibilibus cognitionem accipit: & ideo ex naturali ratione procedit, quod homo quibusdam sensibilibus rebus utatur, offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis & honoris, secundum similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominij. Hoc autem pertinet ad rationem sacrificij: & ideo oblatio sacrificij pertinet ad primum naturale.

AD SECUNDVM dicendum, qd Adā, & Isaac, sicut & alij iusti, Deo sacrificium obtulerunt, secundum sui temporis congruentiam, ut patet per Greg. qui dicit, qd apud antiquos per sacrificiorum oblationes remittebatur peccati originale. Non tamen de omnibus iustorum sacrificijs fit mentio in Scriptura, sed solum de illis, circa quæ aliquid speciale accidit. Potest tamen esse ratio, quare Adam non legitur sacrificium obtulisse, ne quia in ipso notatur origo peccati, simul etiam in eo sanctificationis origo signaretur. Isaac uero significauit Christum, in quantum ipse oblatum est in sacrificium, unde non oportebat ut significaretur quali sacrificium offerens.

AD TERTIVM dicendum, qd significare conceptus suos est homini naturale: sed determinatio signorum est secundum humanum placitum.

munia, ea uero quæ sunt de dictamine naturali, ut conclusiones inuestigatae, non conceduntur ab omnibus, quia nec ab oibus cognoscuntur.

tim, uel discurrendo, & multum studendo &c. habere possimus. Et hoc modo intellexit auctor dicens, qd rō naturalis dicitur. Ita qd in rebus naturalibus naturaliter inferiores superioribus subduntur: ita et naturalis rō dicitur homini secundum naturalem inclinationem, ut ei quod est supra hominem, subiectionem, & honorem exhibeat secundum suum modum. Est autem modus conueniens homini, ut sensibilibus signis utatur ad aliqua exprimenda, quia ex sensibilibus cognitionem accipit: & ideo ex naturali ratione procedit, quod homo quibusdam sensibilibus rebus utatur, offerens eas Deo in signum debitæ subiectionis & honoris, secundum similitudinem eorum, qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominij. Hoc autem pertinet ad rationem sacrificij: & ideo oblatio sacrificij pertinet ad primum naturale.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd sicut supradictum est, aliqua in cōi sunt de iure naturali, quorum determinationes sunt de iure positivo, sicut qd malefactores puniuntur, habet lex naturalis: sed qd tali poena, uel tali puniatur, est ex cōstitutione diuina, uel humana. Similiter et oblatio sacrificij in cōi est de lege naturali, & ideo in hoc oēs conueniunt: sed determinatio sacrificiorum est ex institutione humana, uel diuina, & ideo in hoc differunt.

AD SECUNDVM dicendum, qd Adā, & Isaac, sicut & alij iusti, Deo sacrificium obtulerunt, secundum sui temporis congruentiam, ut patet per Greg. qui dicit, qd apud antiquos per sacrificiorum oblationes remittebatur peccati originale. Non tamen de omnibus iustorum sacrificijs fit mentio in Scriptura, sed solum de illis, circa quæ aliquid speciale accidit. Potest tamen esse ratio, quare Adam non legitur sacrificium obtulisse, ne quia in ipso notatur origo peccati, simul etiam in eo sanctificationis origo signaretur. Isaac uero significauit Christum, in quantum ipse oblatum est in sacrificium, unde non oportebat ut significaretur quali sacrificium offerens.

AD TERTIVM dicendum, qd significare conceptus suos est homini naturale: sed determinatio signorum est secundum humanum placitum.

munia, ea uero quæ sunt de dictamine naturali, ut conclusiones inuestigatae, non conceduntur ab omnibus, quia nec ab oibus cognoscuntur.



Verum soli Deo sit sacrificium offerendum.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, q non soli summo Deo sit sacrificium offerendum. Cum n. sacrificium Deo offerri debeat, videtur q omnibus illis sit sacrificium offerendum, qui diuinitatis consortes sunt: sed etiã sancti homines efficiuntur diuinæ naturæ consortes, vt dicitur 2. Petri 1. Vnde & de eis in Pf. 81. dicitur. Ego dixi Dij estis. Angeli et filij Dei nominantur, ut patet Job 1. ergo omnibus his debet sacrificium offerri.

¶ 2 Præ. Quanto aliquis maior est, tantò ei maior honor debet exhiberi: sed angeli, & sancti sunt multò maiores quibuscunq; terrenis principibus, quibus tamen eorum subditi multò maiorem honorem impendunt, se coram eis prosternentes, & munera offerentes, quàm sit oblatio alicuius animalis, vel rei alterius in sacrificium. ergo multò magis angelis, & sanctis potest sacrificiũ offerri.

¶ 3 Præ. Tempia, & altaria instituantur ad sacrificia offerenda: sed templa, & altaria instituantur angelis, & sanctis, ergo etiam sacrificia possunt eis offerri.

SED CONTRA est, quod dicitur Exodi. 22. Qui immolat dijs, occidetur, præter Domino soli.

RESPON. Dicendum, q sicut dictũ \* est, oblatio sacrificij fit ad aliquid significandum. Significat autem sacrificium quod offertur exterius, interius spirituale sacrificium, quo anima seipsam offert Deo, sicut illud Psalmista. Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus: quia sicut supra dictum \* est, exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. Anima autem se offert Deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis. Secũdũ, autem veram fidem solus Deus est creator aiarum nostrarũ, vt in 1. habitum \* est. In solo etiam eo aia nostræ beatitudo consistit, vt supra dictum \* est. Et ideo sicut soli Deo summo debemus sacrificium spirituale offerre, ita etiam soli ei debemus offerre exteriora sacrificia. Sicut et orantes atq; laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas significamus, offerimus, vt Av. dicit 10. \* de ciu. Dei. Hoc et videm⁹ in omni republica obseruari, q summum rectorem ali-

quo signo singulari honorant, qd cuiq; alteri deferretur, esset cri me læta maiestatis. Et ideo in lege diuina statuitur poena mortis his qui diuinũ honorẽ alijs exhibet.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q nomen diuinitatis communicatur aliquibus non per aequalitatẽ, sed per participationem: & ideo nec aequalis honor eis debetur.

AD SECVDVM dicendũ, q in oblatione sacrificij nõ pefat pũ ocelli pecoris, sed significatio, qua hoc fit in honorẽ lumini rectoris totius uniuersi. Vñ sicut Aug. dicit 10. \* de ciu. Dei. demones nõ caduerunt nidorib⁹, sed diuinis honoribus gaudent.

AD TERTIVM dicendũ, q sicut Aug. dicit 8. \* de ciu. Dei. Nõ cõstitimus Martyribus templa sacerdotalia, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Vnde sacerdos non dicit, Offero tibi sacrificium Petre, vel Pauli: sed Deo de illorum victoris gratias agimus, & nos ad imitationem eorum exhortamur.

Verum oblatio sacrificij sit specialis actus virtutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur sacrificiũ non sit specialis actus virtutis. Aug. 10. \* de ciu. Dei. Verum sacrificiũ opus quod agit, vt sancta societate Deo: sed omne opus bonum non est actus alicuius determinatæ virtutis, ergo sacrificiũ non est specialis actus determinatæ virtutis. ¶ 2 Præ. Maceratio corporis, que fit per tiner ad abstinentiam: que autem fit per castitiam, pertinet ad castitatem: que autem ad castitatem, pertinet ad fortitudinem, que omnium comprehendit sub sacrificij oblatione. ¶ 2. Exhibeatis corpora vestra hostia viuentia, sicut dicitur Heb. ult. Beneficentia, & cõmiseratione, & cõio pertinet ad misericordiam, & liberalitatem, ergo sacrificiũ non est specialis actus determinatæ virtutis. ¶ 3 Præ. Sacrificiũ vñ, qd Deo exhibetur, sunt quæ Deo exhibent, sicut decore, puritate, primitiæ, obfones, & holocausta, & c. nõ vñ esse aliq; specialis actus determinatæ virtutis, sed magis generalis.

SED CONTRA est, q in lege specialia sacrificij dantur, ut patet in principio Levitici.

RESPON. Dicendum, q sicut supra dictum \* est, sacrificiũ est actus virtutis, participat quodammodo ad virtutem, sicut cum quis furatur, ut fornicetur, & c. ita q si etiam alias non esset peccatum, ergo sacrificiũ est quidam specialis actus virtutis, habens ex hoc, quod in diuinam reuerentiam propter quod ad determinatam virtutem pertinet.

scuntur. Sic autem ad dictam naturalem spectat sacrificare Deo, & non primo modo: propterea nõ est in sum. si multi sapientes huius mundi non acceptant hoc.

1. 2. q. 9. 102. art. 3. cor. Et 3. q. 48. art. 3. cor. Et 3. cõtra c. 20. si. Et Psal. 28. co. 2. Et Ro. 1. lec. 7. lin.

¶ In eodem ar. nota, q author non solum ostendit q ad ius naturale spectat oblatio sacrificij, sed etiã quod oblatio sacrificij exterioris. Nam poterat quis dicere, q Deo, vtpote intellectualis naturæ, sufficit oblatio mentis interior. Et propterea author ex eo q naturale est homini exprimer e interiorẽ me te exterioribus signis, quia a sensibilibus cognitione accipit, docet q ideo naturale quoq; est homini interiorẽ oblationem mentis, exteriori oblatione explicat e. Et bene aduertit, q non ex parte necessitatis, quia scilicet alteri homini non possumus exprimere aliter mentem nostram, nisi sensibilibus signis: sed ex parte naturalitatis, quia, sicut exprimer per sensibilia signa, naturale est homini, quia a sensibilibus accipit cognitionem, author processit: quoniam ratio necessitatis non habet locum respectu Dei, qui intuetur cor, sed optime locum habet ratio naturalitatis ex parte hominis, qui offert sacrificium.

Ar. præced.

Super Questionis octuagesimæ quartæ articulum secundum.

Q. 84. art. 2. & q. 81. art. 7.

IN artic. 2. eiusdem 85. q. aduertit, q in corpore articuli author rationem radicalem, quia, sicut sacrificiũ exterius debet conformari interiori, qd soli Deo offertur, cõfirmat similitudine proportionali, quia scilicet sic se habet vox, & conceptus significatus, & postmodum conclusionem ipsam ex humana cõsuetudine probat, quam etiam autoritate diuinæ legis de thymiamate, seu vnguento prohibito sub poena mortis confirmat. Et si uis materiam hanc latius videre, inspice capit. 120. libri 3. contra Gent.

D. 178.

Q. 88. arti. 2.

1. 2. q. 2. & 3. art. 8.

Lib. 10. c. 19. paulo a pri. tom. 5.